



## **Syntagmata Theologica Sive Principalis Theologiæ Tractatus**

Continet triplicem Tractatum: Primus est de Conscientia. Secundus agit de Merito. Tertius de Reviviscentia meritorum.

**Lourenço, Agostinho**

**Leodici Eburonum, 1692**

Sectio VI. Aliqua ex præcedente doctrina proponuntur, & elucidantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80151](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80151)

retineri possit quantitas pecuniæ gratis reddendæ, non autem jure negotiationis debitæ.

143. Urgebis: Matth. 25. 28. reprehenditur servus retinens talentum otiosum, dignusque judicatur, cui illud adimatur: *Tollite itaq; ait, ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta*; ergo quædã virtus, sive activitas non est tota occupata in operando, dignus non est homo, cui illa augetur. Respondeo primò, argumentum nimis probare, si quid probat; probat enim: Primò ab homine justo elicente actus remissos auferendum esse habitum charitatis, & gratiæ. Secundò, nunquam ei reddendum aliquod augmentum pro illis, quod ipsi Adversarii non concedent. Respondeo igitur secundò, servum illum reprehendi tanquam reum, non de agente actus remissos, in quibus culpabilis non erat, sed de omittente actus præceptos, in quo graviter deliquerat, ideoque talentum, sive gratiam amisit, ut supra diximus à n. 67.

144. Argues 4. Ex D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 6. augmentum spirituale æmulatur augmentum viventis corporeum; sed hoc non statim adest, donec adsit perfecta dispositio; ergo neque illud spirituale gratiæ, donec adsit perfecta dispositio actus intensioris, aut æqualis. Respondeo negando consequentiam quoad ultimam partem; actus enim remissos est sufficiens, & perfecta dispositio ad augmentum gratiæ sibi debitum, sicut actus intensior ad augmentum perfectius sibi respondens. Unde augmentum gratiæ confestim secutum actionem remissam (sicut & secutum intensiorem, & æqualem) æmulatur modum augmenti corporei in eo, quod solam perfectam dispositionem sequatur, licet ab eo discrepet in eo, quod successivum sit.

SECTIO VI.

Aliqua ex precedente doctrina proponuntur, & elucidantur.

145. **D**IFFICULTAS I. Quales & qualiter homini justo tribuatur augmentum gratiæ, quod meretur illius actus remissi? Dico I. Non solum statim conferetur homini justo augmentum gratiæ, quod merentur ejus actus remissiores charitatis, sed etiam quod merentur aliarum virtutum actus. Ita P. Ripal. tom. 2. d. 90. sect. 11. n. 135. & plures alii supra cit. Probatur primò, quia Trid. ex sacris Literis docens, justos quotidie crescere in justitia, sive gratia, & magis justificari per opera bona in Christo facta, indefinite comprehendit omnes virtutum actus, ut supra diximus; ergo &c. Secundò, quia ut Deus statim conferat augmentum gratiæ, sufficit dispositio moralis meriti de condigno, ut supra diximus; sed omnium virtutum actus hominis justii sunt hujusmodi dispositio; siquidem omnes promerentur de condigno tale augmentum; ergo &c. Tertiò, quia actus intensiores earum virtutum (idemque de remissioribus cum proportionem) sufficienter disponunt ad ipsarum augmentum, sicut actus intensiores naturales disponunt ad augmentum suorum habituum; sed virtutes supernaturales non possunt auferri absque augmento gratiæ, ut constat ex supra dictis; ergo &c.

146. Dices cum aliquibus Recentioribus Thomistis: Gratia extra Sacramentum non infunditur per alios actus, quam per actus charitatis; ergo neque per alios augetur; siquidem eisdem dispositionibus augetur, quibus primò infunditur. Respondeo negando consequentiam, & ejus probationem: Primò, quia actus aliarum virtutum eliciti à justo

promerentur de condigno augmentum gratiæ, ut Adversarii fatentur; quamvis eliciti à peccatore non mereantur de cõgruo primam infusionem ipsius gratiæ. Secundò, quia gratia etiam non infunditur primò per quemcunque actum charitatis; alioqui sic infunderetur per eum, quo quis vellet propter Deum eleemosynam dare; sed tantum per eum, quo Deus perfecte, & efficaciter diligitur super omnia, & omne peccatum grave odio efficaci habetur: at verò gratia augetur per quemcunque actum charitatis, saltem intensiorem, etiam cum, quo quis panem pauperi erogat. Tertiò, quia ad augmentum gratiæ præter bonitatem intrinsicam actuum aliarum virtutum confert eis valorem, & æstimationem moralem dignitas antecedens personæ operantis, sive excellentia ipsius gratiæ: hæc autem non antecedit eos actus in peccatore ad primam ipsius infusionem.

Dico 2. Augmentum gratiæ respondens substantiæ actus ita præsentancè conferitur, ut in eodem instanti conferatur, quo actus elicitur, quin expectetur aliud, in quo actus finitus sit, & totam suam durationem expleat: augmentum verò respondens ejus durationi datur continuè, & successivè in eisdem instantibus, & partibus temporis, in quibus continuatio illud meretur. Ita P. Ripal. cit. n. 137. Probatur primò, quia ex sacris Literis, & Trid. supra cit. justus per opera præsentia magis iustificatur; sed hoc non rectè intelligitur absque augmento gratiæ præsentis, ut supra diximus à num. 124. ergo &c. Secundò, quia eodem modo augetur gratia per actus meritorios de condigno etiam remissiores, quo primò infunditur per dispositionem meritoriam de congruo; sed per hanc primò infunditur in eodem instanti, in quo existit actus; ergo pari modo augetur simultancè per actus meritorios etiam remissiores.

Oppositum tenet Montefin. supra cit. & videtur tenere P. Vasq. 1. 2. d. 220. cap. 5. num. 47. pro quibus Objicies 1. Meritum, cum sit causa moralis efficiens præmium, præcedit illud prioritate instantis, & existentia in quo; sic enim debet causa præcedere suum effectum; ergo justus in eodem instanti, in quo præmium meretur, non potest illud suscipere. Respondeo negando antecedens quoad ejus probationem in ordine ad præexistentiam; siquidem causa efficiens potest coexistere suo effectui in primo instanti suæ existentia; sic enim Sol coexistit luci, licet illam antecedit prioritate naturæ, non verò durationis.

Objicies 2. Si augmentum gratiæ, & charitatis debitum actui intensiori concederetur in eodem instanti, in quo actus elicitur, posset tale augmentum in gradus intensiores ipsius actus moraliter influere; sed hoc non est dicendum; alioqui præmium esset principium sui meritis; consequenterque principium meriti caderet sub meritum; ergo &c. Respondeo negando majorem, quia ut tale augmentum sic influat in actum, non sufficit existere cum illo in eodem instanti temporis, sed ulterius requiritur, ut in eo instanti non existat pro posteriori naturæ, sed pro priori independentem ab illo; sic enim gratia primò infusa non est principium efficiens contritionis disponentis ad illam, licet sit simul in eodem instanti cum illa.

Objicies 3. Actus non potest durare unicum tantum instans, sed necessariò debet transire tempus, ut ejus existentia compleatur, & finiatur; ergo post primum instans, in quo incipit actus, expectandum est aliud instans, in quo ejus meritum compleatur, & præmium augmenti debiti confereatur

ratur; ergo hoc non datur in eodem instanti, in quo actus elicitur. Respondeo actum incipientem in instanti posse immediatè post instans desinere in tempore, ut patet ex alibi dictis in Physica; sicque opus non esse transire tempus, & aliud instans expectare, ut possit finire.

151. Accedit, licet id sit verum, cum in primo instanti jam sit exercita tota voluntatis libertas, jam completa est tota ratio meriti; siquidem duratio sequens per tēpus est omninò necessaria, & non libera, sicq; nullam accessionem merito adducens; ergo in primo instanti acquiritur jus ad tale augmentum, & illud justo debitum constituitur, ut ei in eodem instanti conferatur. Cōfirmatur ex doctrina P. Vasq. cit. cap. 2. d. 219. & omnium Theologorum, quia gratia primò infunditur simultanea contritioni in eodem primo instanti, in quo elicitur contritio; & tamen non expectatur aliud instans, in quo perficiatur, licet contritio præcedat prioritate morali primam gratiæ infusionem; ergo sic etiam poterit augmentum gratiæ concedi simultaneum merito justii.

152. Objicies 4. cum P. Vasq. si augmentum gratiæ, quod intuitu actus charitatis homini justo conferatur, ipsi actui coexistit in eodem instanti, sequitur, actum ipsum charitatis intensiorem habitu procedere ab ipso augmento, quod meretur; siquidem ex hoc principio contritio antecedens primam infusionem gratiæ procedit ab ipsa gratia; sed sequela non est admittenda; alioqui principium meriti caderet sub merito; ergo &c. Respondeo negando sequelam, & ejus probationem, ut patet ex dictis num. 149. Addo, non bene assumi à P. Vasq. mutua illam prioritatem inter contritionem, & primam gratiæ infusionem: aut enim debet illam negare, aut eandem mutua prioritate admittere inter actum condignè meritorium augmenti gratiæ, & ipsum augmentum, quam vitare contendit, cum ejusdem difficultatis, & absurditatis sit.

153. Difficultas 2. Utrum actus virtutis imperfectioris mereri possit tantum augmentum gratiæ, & gloriæ, quantum meretur actus virtutis perfectioris? Affirmativè, Ita P. Soar. d. 2. de Revivisc. merit. num. 55. & tomo 3. de Grat. lib. 12. cap. 9. n. 11. Zumel. 1. 2. quest. 114. art. 8. d. 4. §. Verum. P. Granad. 1. 2. contr. 6. tract. 3. d. 2. num. 9. P. Egid. 2. 2. d. 1. num. 45. & 53. P. Marat. tract. de Charit. d. 47. sect. 2. sine. P. Hurt. 2. 2. d. 132. num. 13. Et omnes, qui constantissimè docent, peccata ex sua specie minus gravia, & inferioribus virtutibus opposita, posse ex circumstantiis ita crescere, ut superent gravitate malitiæ, & merito pœnæ peccata ex sua specie graviora, & nobilioribus virtutibus opposita; siquidem eadem rationes, quibus hi Authores moventur ad tribuendum peccatis inferioris speciei meritum pœnæ æquale peccatis speciei superioris, confirmant in actibus inferioris virtutis posse dari meritum præmii æquale actibus virtutis superioris.

154. Hujus sententiæ videntur esse Zumel. 1. 2. q. 72. art. 3. dub. 1. Sor. de Inst. lib. 4. q. 6. art. 3. Lorca 1. 2. tomo d. 24. Medin. 1. 2. q. 73. art. 4. Herrer. 2. part. d. 22. q. 3. Egid. quodlib. 6. q. 23. Sayr. lib. 5. cap. 4. num. 9. Carthusian. in 4. dist. 16. q. 1. §. Queritur ergo. P. Soar. tomo 3. in 3. part. d. 66. sect. 2. P. Azor. lib. 3. cap. 30. q. 40. P. Granad. cit. P. Sal. 1. 2. tract. 13. d. 5. sect. 2. P. Vasq. 1. 2. q. 72. art. 3. num. 23. quos citat, & sequitur P. Ripal. tomo 2. d. 90. sect. 13. num. 159. Probatur primò, quia eadem prorsus est ratio, ut actus boni specie inferiores mereantur

æquale, & majus præmium gratiæ, & gloriæ, quam actus specie superiores, quæ est, ut peccata specie inferiora mereantur æqualem, & majorem pœnam, quam peccata specie superiora; sed ita possunt mereri peccata specie inferiora; siquidem majorem pœnam meretur peccatum mortale intemperantiæ, quam veniale injustitiæ; peccatum sodomiticum contra continentiam, quam furtum mortale octo regalium contra justitiam; occidere Regem cum Principibus, & Magnatibus regni contra justitiam, quam omittere Sacrum in die Fello contra religionem, & similia; ergo etiam actus boni specie inferiores poterunt mereri majus præmium gratiæ, & gloriæ, quam actus boni specie superiores.

Cōfirmatur primò, quia sicut bonitatem moralem sectatur meritum præmii, ita malam malitiam sectatur meritum pœnæ; ergo sicut estimatio moralis malitiæ, & meriti pœnæ aliunde, quam ex specifica ratione actus moralis desumitur, ita estimatio moralis bonitatis, & meriti præmii aliunde, quam ex specifica ratione actus moralis desumitur, nempe ex intensione, duratione, & difficultate actus, ex præstantia objecti materialis, ex dignitate personæ operantis, & aliis. Secundò, quia majus præmium gratiæ, & gloriæ meretur actus religionis votens Deo paupertatem, castitatem, & obedientiam, quam actus charitatis Deo offerens orationem Dominicam; actus fortitudinis sustinens Martyrium, quam actus charitatis dans pauperi panem; actus misericordiæ distribuens pauperibus plures fortunas, quam actus justitiæ solvens creditoribus modicam pecuniæ quantitatem; sed illorum actuum primi sunt specie inferiores, secundi verò sunt specie superiores; ergo &c.

Dices cum Bannez, majorem illam, & æqualem pœnam peccatorum specie inferiorum non esse essentialem, sed accidentalem, nempe solam pœnam sensus, quæ tantum accidentaliter est, non autem pœnam damni, quæ est essentialis; & omnis augmenti expers. Sed cōtra primò, quia ut supra diximus, etiam pœna damni major, & minor est, prout oritur ex majori, aut minori tristitia concepta de amissione summi boni. Secundò, quia etiam pœna sensus est substantialis, ut jam diximus. Tertiò, quia eadem prorsus ratio est de majori, aut æquali merito præmii, & pœnæ accidentaliter, ac essentialiter; siquidem utrumque meritum sequitur tanquam proprietates bonitatem, & malitiam moralem actus.

Probatur secundò, quia majoris meriti est actus religionis, & obedientiæ elicitus à Christo Domino, quam actus charitatis elicitus à puro homine justo; siquidem ille ex dignitate personæ assequitur valorem infinitum; & tamen hic in puro homine justo est specie superior, quam ille in Christo Domino; ergo etiam sic poterit esse majoris meriti elicitus à puro homine justo ut mille, nempe à Beatâ Virgine, quam actus charitatis elicitus ab alio justo ut unum; siquidem ex majori sanctitate personæ etiam augetur meritum in puro homine, ut infra dicemus.

Dices, actum religionis, sive obedientiæ elicitedum à Christo Domino, quæ meritorium excedere plusquam specie actum charitatis elicitedum à puro homine justo; siquidem quæ meritorium est, completitur dignitatem personæ plusquam specie superiorum; hunc autem excessum specificum non continet actus religionis elicitedum ab uno justo supra actum charitatis elicitedum ab alio. Sed contra primò, quia actus religionis elicitedum à Christo Domino est æqualis merito cum actu charitatis ab eodem elicitedum;

elicito; & tamen uterq; cōplectitur eandem dignitatem personę cum inæquali perfectione specifica bonitatis moralis; ergo cum inæquali perfectione specifica bonitatis moralis stare potest æqualis valor meritorius. Secundò, quia non obstante majori perfectione specifica actūs charitatis potest dignitas personę specie, & genere superioriorem, nempe ad præmia specie, & genere altiora; ergo etiam dignitas personę intra eandem speciem superior poterit eidem cōferre vim meritoriam superioriorem intra eandem speciem, nempe ad præmium gratiæ, & glorię superius, quale est augmentum meriti inter actus inæquales puri iusti.

159. Probatur tertio, quia sicut meritum, ita & satisfactio sequitur bonitatem morale actuum; siquidem actus non possunt esse satisfactorii, nisi sint moraliter boni, & supernaturales; sed actus inferioris bonitatis specificę possunt esse superioris satisfactionis; sic enim majoris satisfactionis sunt actus pœnitentię, & temperantię acerbissimę carnem castigantes, quàm actus religionis flectens genua imaginibus Christi, aut Sanctorum; siquidem cum opus satisfactorium debeat esse pœnale, quò molestius, & pœnalis fuerit, eò magis satisfactorium erit; illi autem actus molestiores, & pœnaliores sunt, quàm iste; ergo sicut sunt majoris satisfactionis, ita poterunt esse majoris meriti.

160. Probatur quartò, quia meritum duorum actuum specie differentiū inducit præmium gratiæ, & glorię ejusdē speciei; est enim gratia, & gloria in omnibus ejusdem speciei; sed individua specie differentia in ordine ad effectus ejusdem speciei possunt esse virtutis æqualis, imò individuum speciei inferioris potest superare tali virtute individuum speciei superioris; ergo ex duobus actibus specie diversis potest inferior esse æqualis, imò & majoris meriti, quàm superior in ordine ad gratiam, & gloriã, quæ sunt effectus ejusdem speciei.

161. Probatur minor tum ex physicis, tum ex moralibus: Ex physicis, quia duæ formę substantiales mixtorum specie differentes possunt exigere calorem ejusdē intensiōis, & imperfectior etiam intensiōer: item forma equi majori virtute loco movi vā gaudet, quàm humana; & ignis majori calefactivā, quàm equina. Ex moralibus, quia magna quantitas argenti in ordine ad usus humanos majoris pretii, & valoris est, quàm modica auri; ergo non obstante inæqualitate specifica duorum actuum, potest æquale, imò imperfectior majus præmium ejusdem speciei, nempe gratiæ, & glorię exigere.

162. Confirmatur, quia licet bonitas moralis actūs religionis, & charitatis sit diversę rationis, ut potè quæ sumitur ex objecto formali, quod est rationis diversę, meritum tamen eorum morali æstimatione est ejusdem rationis, ut potè quod defumitur ex præmio actui respondente, hoc autem in utroque est ejusdem rationis, nempe eadem gratia, & gloria in specie; sed meritum ejusdem rationis commune actibus specie diversis, & eapax in utroque augmenti, & diminutionis, potest ex tot capitibus augeri in actu inferiori, & in superiori diminui, ut meritum actūs inferioris speciei accedat, & superet meritum superioris, ut si intensio, difficultas, diuturnitas, præstantia objecti materialis, & sanctitas personę operantis maxima sit in actu religionis, & minima in actu charitatis; ergo &c.

163. Declaratur, quia augmentum gratiæ, & glorię respondens actui charitatis ut unum, quo iustus ut unum largitur pauperi panem est finitum, & limitatum; demus igitur augmentum illud esse quatuor

Tom. 2.

gradus gratiæ, & glorię, & conferamus cum illo actum religionis, cui ex bonitate specifica detur dimidia pars unius gradus gratiæ, & glorię, & tunc sic: Actus potest augere meritum ejusdem gratiæ, & glorię, tum ex intensiōe, quæ potest esse major, & major, tum ex continuatione, quæ etiam porrigi potest, tum ex sanctitate personę, quæ potest sine fine in via augeri, tum ex præstantia objecti materialis, quod complectitur innumera religionis opera, tum ex difficultate, quæ etiam variis tentationibus crescere potest; sed incredibile est, quod talis actus ex omnibus his capitibus non possit adæquare, imò & superare meritum quatuor graduum gratiæ, & glorię, qui corresponsdebant merito illius actūs charitatis; ergo &c.

Oppositum tenet Bannez supra, quatenus absurdum arbitratur, posse actus virtutum moralium accedere ad meritum gratiæ, & glorię, quod obtinet affectus charitatis, pro quo: Objicies 1. Perfectio moralis aliorum actuum non potest pervenire ad gradum perfectionis, in quo charitas constituta est: tum, quia potissima perfectio vitæ Christianæ collocatur in perfectione charitatis, ut colligitur ex Joan. 14. ad Coloss. 3. & 1. Cor. 13. & 1. Joan. 4. tum quia perfectio specifica charitatis est longè excellentior, quàm perfectio specifica aliarum virtutum; nullum autem individuum speciei inferioris potest accedere ad perfectionem speciei superioris, quatenus ipsius circumstantiæ, & accidentia perfectione crescant; ergo &c.

165. Respondeo negando antecedens, & ejus secundam probationem; licet enim perfectio moralis actūs charitatis ratione excellentiæ specificę sit absolute major, quàm perfectio alterius cujuscunque actūs (de qua perfectione intelligendi sunt textus adducti pro prima probatione antecedentis,) adhuc tamen potest illius meritum augmenti gratiæ, & glorię non esse majus; siquidem cum meritum sit proprietas ejusdem rationis communis actibus bonitate morali specifica inæqualibus, & inducens præmium ejusdem rationis, prout supra diximus à num. 160. stare potest æqualitas meriti cum inæqualitate bonitatis moralis, quæ in utroque temper manet diversę rationis; meritum verò in utroque ejusdem rationis in ordine ad præmium ejusdem rationis, ut in simili supra diximus de peccatis specie inæqualibus.

166. Objicies 2. Actus Charitatis ratione bonitatis moralis præcellentis bonitatem actuum aliarum virtutum est forma justificans, nullus autem actus aliarum virtutum potest esse forma justificans; atqui si aliquis earum actus posset esse æqualis perfectionis & meriti cum actu charitatis, etiam posset esse æqualis sanctitatis; siquidem actus æquè meritorii sunt æquè boni, & grati Deo; actus verò æquè boni moraliter, & grati Deo non possunt non æquè reddere subiectum bonum, sanctum, & gratum Deo; tota enim vis sanctificandi convenit actui charitatis ex bonitate morali, & gratia, quam habet apud Deum; ergo &c. Respondeo primò negando majorem, actum enim charitatis esse formalem sanctitatem, sive formam justificantem negant P. Soar. tomo 1. in 3. part. d. 4. sect. 8. ubi asserit oppositam sententiam esse improbabilem, & temerariam, & tomo 4. d. 8. sect. 3. & tomo 3. de Grat. lib. 7. cap. 8. & 18. P. Tanner. tomo 2. d. 6. quæst. 5. à num. 40. P. Agid. de Pœnitent. d. 2. dub. 3. P. Granad. contr. 8. de Grat. tract. 8. d. 3. sect. 2. P. Ragusa tomo 1. in 3. part. d. 4. §. 1. P. Lugo de Pœnitent. d. 5. sect. 1. Zúnel. Lorca, & alii.

D d d

Resp.

167. Respondeo secundò, admittà majori, quam docet *P. Vafq.* 1. 2. d. 203. & tom. 1. in 3. d. 2. n. 62. citans pro se *Richard. Osum. Cassal. Caiet. Medin. Palud. & Aureol.* & quem sequuntur *P. Torres. O-puscul. 6. de grat. d. 4. P. Marat. tom. 2. de grat. d. 12.* & cum addito *P. Ripal. tom. 2. d. 99. num. 19.* negando tamen omnem actum charitatis esse formam justificantem, solum enim id habet actus charitatis perfectissimus, quo Deum efficaciter super omnia diligimus, aut peccata omnia gravia super omnia detestamur: præter hunc autem charitatis affectum sunt alii imperfecti, qui possunt fieri à peccatore absque ipsius justificatione, qualis est actus, quo quis velit propter Deum audire sacrum, aut panem pauperi elargiri; his verò, aliisque similibus possunt æquari merito aliarum virtutum actus.

## SECTIO VII.

*Qua, & quanta sit proportio augmenti gratiæ, & gloriæ respondens actibus meritoriiis?*

168. **S**UPPONÒ primò ex supra dictis, omnes virtutum actus elicitos ab homine justo secundum totam suam latitudinem esse condignè meritorios novi, & distincti augmenti gratiæ, & gloriæ; in quo rejicimus sententiam Bannez assertentis, solum esse meritorios quoad gradus excedentes intensiorem habitus. Secundò, pari gradu augeri gratiam, & charitatem cum reliquis virtutibus, quin majus sit augmentum gratiæ, quam virtutum, aut è contra; in quo etiam rejicimus sententiam Victor. & Medin. assertentium, quantitatem augmenti gratiæ respondere actibus meritoriiis secundum totam latitudinem intensiorem ipsorum: quantitatem verò augmenti charitatis, & virtutum solum quoad gradus superantes intensiorem habitus.

169. Terriò, mensuram augmenti gratiæ, & virtutum aequaliter respondentem omnibus virtutum actibus secundum totam latitudinem intensiorem ipsorum, non esse eandem; siquidem quantitas augmenti gratiæ eis respondet juxta quantitatem meriti ipsorum; sed hæc non est eadem, & æqualis omnibus virtutum actibus, ut patet ex supra dictis; ergo neque illa. Unde non potest tradi regula generalis, quæ constanter definiatur quantitas gratiæ respondens omnibus virtutum actibus; cum enim inter illos magna, & ex multis capitibus sit inæqualitas meriti, definiri nequit, quantum sit augmentum, quod excessui perfectionis specificæ respondeat, quantum excessui difficultatis, appreciationis, aut intensiorem.

170. Quartò, solum in quæstione venire in præsentia: An tot gradus augmenti gratiæ, & virtutum respondeant cuicumque actui meritorio, quot sunt gradus in tota latitudine intensiorem actus ipsius, & ita stricta proportio servetur inter gradus actus meritorii, & gradus gratiæ, & virtutum, ut actui ut octo respondeant semper octo gratiæ, & virtutum gradus, qui habitum præcedentem ut sex v. g. augeant ad decimum sextum gradum, quidquid sit de alio superiori augmento, quod superaddi potest ex perfectione specifica actus, difficultate, præstantiâ objecti, aliisque capitibus. His positis.

171. Prima sententia docet, portionem augmenti gratiæ, & virtutum respondentem actibus merito-

riis esse omnino incertam, & ignotam, nobisque ulla ratione investigabilem. Ita Recentiores alii qui. Primò, propter difficultatem definiendi illam. Secundò, quia nullum habemus principium in sacris Literis, ex quo possimus talem portionem definire: cum tamen id pendeat ex arbitrio divino, debet constare ex aliquo Scripturæ testimonio quid Deus decreverit, ut possimus illud definire. Addunt tamen hi Doctores cum hæc ignorantia, & incertitudine certum, & notum esse debere, Deum servare aliquam geometricam proportionem augmenti gratiæ ad augmentum actus meritorii, ut is sit excessus augmenti ad augmentum, qui est actus ad actum.

Rejicitur hæc sententia, parum enim sibi consonans videtur; nam si certum est pro majori actus intensiorem, majorem esse quantitatem gratiæ, certum etiam videtur esse, cuicumque parti intensiorem actus respondere quoque partem distinctam intensiorem gratiæ; sicque jam constare principium, ex quo colligatur distincta portio gratiæ pro distincta portione actus, quod nunc in disputationem vocamus, licet quanta sit ista portio distincta gratiæ commensurata perfectioni specificæ, & individuali ipsius actus sit nobis ignota.

Secunda sententia asserit tantam esse quantitatem graduum gratiæ, quanta est intensio cuicumque actus, ita ut quilibet actus meritorius tot mereatur gradus gratiæ, quot habet in se intensiorem. Ita videntur sentire *Gabr. in 1. dist. 17. q. 4. art. 3. dub. 2. & in 4. dist. 14. q. 3. Major. m. 1. dist. 22. q. unica. Almag. tract. 2. Moral. cap. 11. Pefant. 2. 2. q. 24. art. 6. d. 3. Zamel. 1. 2. q. 114. art. 8. d. 4. conclus. 1. & tenet P. Arriaga tom. 4. d. 51. scilicet. 3.* Probatur primò, quia nullus est gradus in actu, qui non mereatur novam, & distinctam portionem gratiæ; ergo tot sunt portiones gratiæ de novo advenientes, quot sunt partes, sive gradus in actu.

Probatur secundò, quia actus meritorius est causal moralis præmii, sive augmenti gratiæ secundum omnes gradus intensiorem, quos habet, ut potè quod secundum omnes moraliter causat; ergo si habeat quatuor gradus intensiorem, totidem saltem gradus gratiæ promeretur.

Dicent primò licet omnes gradus actus concurrant, concurrere tamen secundum moralem valorem; ex hoc autem non probari quatuor gradus intensiorem actus infimæ virtutis valere moraliter, seu habere valorem condignum ad totidem gradus gratiæ promerendos. Et confirmatur, quia calor intensus ut quatuor concurrat secundum omnes suos gradus ad producendum physicè calorem in passio; & tamen inde non sequitur, producere in illo tot gradus, quot habet: fortè enim producet duos tantum, qui ab illis quatuor procedunt ut à causa totali; ergo etiam actus meritorius ut quatuor poterit concurrere secundum omnes suos gradus ad producendum moraliter augmentum gratiæ, & tamen illud non producere secundum eandem intensiorem.

Sed contra, quia si Angelus habens divinitus unicum indivisibile gratiæ, eliciat actum indivisibilem infimæ virtutis, sine dubio per talem actum aliquid merebitur; siquidem talis actus haberet omnino omnes condiciones requisitas à Trid. ad meritum; Trid. enim de intentione actus nihil definit; sed non possit minus mereri, quam indivisibile gratiæ; minus enim præmium non est possibile; ergo si actus haberet duo, aut tria, aut quatuor indivisibilia intensiorem, deberet mereri gratiam.